



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/320226>

THESES
 JURIDICAE INAUGURALES,
 QUAS,
 ANNUENTE SUMMO NUMINE,
 EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
 CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,
 PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHILOS. PROF.
 NEC NON
 AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,
 ET
 NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,
 Pro Gradu Doctoratus,
 SUMMISQUE IN
 JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
 IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,
 RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
 ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
 JANUS BALTHASAR STRICK VAN LINSCHOTEN,
 EX PAGO RIJNAUWEN.
 DIE XVIII. M. FEBRUARII A. MDCCCLII. HORA II.

Trajecti ad Rhenum,
 APUD J. DE KRUYFF.
 MDCCCLII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Qui actione negatoria agit, contra eum qui servitutum quasi-possidet, nihil quam se dominum esse probare tenetur.

II.

In l. 7, § 16, Dig. de Scto Macedoniano, uti in l. 9, eod., exceptio Scti unice cessat ratione partis solutae vel ad quantitatem pignoris.

III.

Adsentior HUGONI, *Geschichte des Römischen Rechts*

pag. 776, Sctum Macedonianum finem Senatui propositum vix adsequi potuisse.

IV.

In oratione CICERONIS pro Tullio verbis: »*age illud alterum interdictum* etc.” agitur de vi armata, non vero de vi quotidiana cum clausula de dolo, quod statuit cl. DE SAVIGNY.

V.

In l. 16, § 4, Dig. de Fidejuss. verbis: »*si actio aliqua* etc.” JULIANUS non utique agit de obligationibus juris gentium, sed potius de naturalibus quae praetoriae actioni alicui locum faciunt.

VI.

In interdicto de vi armata, CICERONIS tempore, possessio non utique requirebatur.

VII.

Verba in oratione CICERONIS pro Caecina, C. 32, »*propter usumfructum*” non videntur spuria.

VIII.

Matrimonium per procuratorem, venia a Rege non impetrata, contractum, ipso jure est nullum.

IX.

Heredes uxoris, quae post actionem de dissolvenda communione institutam fato functa est, hanc actionem exercere possunt.

X.

Familiae erciscundae instrumento dominium heredibus non acquiritur, sed exigitur traditio secundum art. 671. C. C.

XI.

Servitutes discontinuae praescriptione constitui nequeunt, licet adsit titulus a non domino profectus.

XII.

Si convenerit ut dies pro homine interpellet, tamen denunciatio requiritur ut interpellatio locum habeat.

XIII.

Peregrinus peregrinum, in patria nostra domicilium habentem, licet peregre obligatio sit contracta, hic in jus vocare potest.

XIV.

Magister navis etiam post viginti dies, in art. 490 Cod. Merc. indicatos, contra consignatarium agere potest.

XV.

Non adsentior Cons. s'JACOB, derelictione creditoribus ex art. 321 Cod. Merc. facta, tolli privilegia creditorum, qui actionem contra exercitorem retinent.

XVI.

Solutio cambii sicci exigenda est in domicilio quod habebat debitor tempore contractus, et non in novo ejus domicilio quod habet tempore solutionis.

XVII.

Verba in art. 161 Cod. Merc. »*behoudens zijn verhaal op dengene aan wien hij onverschuldigd betaald heeft*» idem significant atque verba, in fine art. 162 posita: »*behoudens zijn verhaal op dengene, die meer dan eenmaal gebruik van den wisselbrief gemaakt heeft.*»

XVIII.

Ex eo quod quis debitor sit trassantis, non necessario eius obligatio ad acceptandas solvendasque litteras cambiales sequitur.

XIX.

Vocabulum »*ordre*» quod occurrit in art. 349 Cod. Pen. non strictim accipiendum est.

XX.

Pondera et mensurae publice non signata publicari nequeunt, si iis possessor usus non est.

XXI.

Qui occidit ad mortem damnatum, homicidii est reus.

XXII.

Verbi divini ministris actio in civitatem de promisso honorario non competit.

XXIII.

Non adsentior Cons. DE BRUYN KOPS (Beg. van Sthuisk. p. 213.) statuenti: »*Dit is zeker een nadeelig gevolg der Staatsschuld: zij bevordert den lediggang.*»

XXIV.

Re venatica, lege bene ordinata, divitiae publicae augentur.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.